

The *Lucula noctis* Project  
(<http://web.wlu.ca/history/cnighman/LN/index.html>)

## Scriptura sacra ag

Audio in Moralibus Gregorium dicentem:  
“Sacra scriptura

omnes scientias locutionis  
sue more transcendit, quia in uno eodemque sermone,  
dum narrat hystoriam, prodit misterium, et

sicut sapientes misteriis exercet, sic superficie  
simplices refovet. Habet enim in publico unde  
parvulos nutriat et servat in secreto unde mentes  
sublimium admiratione suspendat.  
Quasi quidam fluvius, ut ita dixerim, planus et  
altus, in quo et agnus ambulet et elephas natet.”

Mirabilis fluvius est iste, qui est ita planus quod ibi agnus,  
id est simplex et illiteratus, potest siccis pedibus transire,  
et elephas, id est magnus et subtilis, possit natare,  
ymmo se submergere.

*Lucula noctis*, 37 (E. Hunt ed., p.321, ll.217-228).

### Sacra scriptura

omnes sciencias locutionis  
sue more transcendit quia in uno eodemque sermone,  
dum narrat textum, prodit misterium. Et

sicut misteriis sapientes exercet, sic superficie  
simplices refouet. Habet enim in publico unde  
paruulos nutriat, et seruat in secreto unde mentes  
sublimium admiratione suspendat.  
Quasi quidam fluuius, ut ita dixerim, planus et  
altus in quo et agnus ambulet et elephas natet.

Mirabilis fluuius est iste qui est ita planus quod ibi agnus,  
id est simplex et illiteratus, potest siccis pedibus transire,  
et elephas, id est magnus et subtilis, posset natare,  
immo posset se submergere.

Gregorius in prologo moralium.

*Manipulus flororum*, Scriptura sacra ag

Quamvis omnem scientiam atque doctrinam  
scriptura sacra sine aliqua comparatione transcendat...

scientias tamen omnes atque doctrinas ipso etiam locutionis  
suae more transcendit, quia uno eodemque sermone  
dum narrat textum, prodit mysterium, et  
sic scit praeterita dicere, ut eo ipso nouerit futura....

Gregorius Magnus, *Moralia in Iob*, 20.1 (CCSL 143A, M. Adriaen ed., p.1003, ll.1-21).

Diuinus etenim sermo  
sicut myteriis prudentes exercet, sic plerumque superficie  
simplices refouet. Habet in publico unde  
paruulos nutriat, seruat in secreto unde mentes  
sublimium in admiratione suspendat.  
Quasi quidam quippe est fluuius, ut ita dixerim, planus et  
altus, in quo et agnus ambulet et elephas natet.

Gregorius Magnus, *Moralia in Iob*, ad Leandrum, 4 (CCSL 143, M. Adriaen ed., p.6, ll.173-178).

[fons nondum repertus]